Fragmentarium

uſiam intellegens non tribus perſonis unam. ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ
dicit alienus a xpo eſt. et ſub hac confeſſione uobiſcum pa
riter cauterio unionis inurimur. Decernite obſecro ſi
placet. Non timebo tres ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ. dicere ſi iube
tis condatur noua poſt nicaenam fides. et ſimilibus uer
bis cum arrianis confitemur orthodoxi. Tota saecula
rium litterarum ſchola nihil aliud. ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ.
Niſi ΟΥΣΙΑΝ. Nouit. et quiſquam rogo ore ſacrilego
tres ſubſtantias praedicauit una eſt di ſola natura
quae uere eſt. ad id enim quod ſubſiſtit non habet aliun
de ſed ſuum eſt. Cetera quae creata ſunt. etiam ſi uiden
tur eſſe non ſunt. quia aliquando non fuerunt. et po
teſt rurſus non eſſe quod non fuit. Ds ſolus quia aeter
nus eſt. hoc est qui exordium non habet. eſſentiae nomen
uere tenet. Idcirco et ad moyſen de rubo loquitur.
EGO SUM QUI SUM. ET RURSUM QUI EST MISIT ME.
Erant utique angeli caelum terra uel maria. et quomo
do commune nomen eſſentiae. proprium ſibi uindicat
ds. Sed quia illa ſola eſt. In ſecta natura et in tribus
perſonis deitas una ſubſiſtit. quae eſt uere. una natura
eſt. quiſque tria eſſe hoc eſt tres. ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ.
Dicit. ſub nomine pietatis tres naturas conatur adſere
re et ſi ita eſt cur ab arrio parietibus ſeparamur perfi
dia copulati. Iungatur cum beatitudine tua urſinus.
Cum ambroſio ſocietur auxentius. abſit hoc romana

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_135_99R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4987)